

1998.
17.
2

Formulae
Supputandis Eclipsibus

accomodata

Auctore

Josepbo Monteiro da Rocha

Formae

Supplementum Catalogi

Caelique vias et sidera monstrant,
 Defectus solis varios, Lunaque labores
 Georg. II. 477.

Formae

Supplementum Catalogi

2

Formule
supputandis Eclipsibus
accommodatæ

§ I
Operis Ratio

Cum supremus rerum artifex mundi universita-
tem summo consilio mirabilique ratione constituit, tum
Cælum ipsum, quasi sumam operi manum imponens, tanta
astrorum multitudine implevit, varietate distinxit, pulchri-
tudine exornavit, ut spectaculum nobis posuisse videat-
tur, cujus contemplatione ducti ad Auctoris manus
agnoscendam excitaremur. Et quidem, nisi quis instar
brutorum animantium stupido obtutu fuerit pronus
in terram, fieri nequit, quin extremam mundi oram &
terno domicilio contemnat summa animi jucunditate, desi-
derio etiam contempletur. Nam circuitus solis et lunæ
Reliquorumque siderum, astrorum obitus ortus obitus
cursusque, vicissitudinum temporum cæli conversione sta-
tisque legibus recurrente, species denique cæli ipsa flammis
collucantibus et ex immenso propemodum intervallo mican-
tibus adornata, animum torpentem ad se rapiunt, et
Conditoris gloriam, sapientiam, majestatem prædicant.

Sed ea tamen est mortalium conditio, ut sensim
refrigescant in admiratione rerum, quas semper vident.
Quotidiana enim assiduitate assuecunt animi, et quan-

quandam videndi satietatem trahunt, qua ~~ma~~ a contem-
platione mentem avertit, perinde quasi novitate magis
quam magnitudine rerum excitari debemus. Verum
istiusmodi fore homini ingenium profecto vidit generis
nostris auctor idemque opifex mundi, qui soli seu poti-
us telluris lunaeque orbitae motuque ita temperavit, ut
tunc soli opposita in umbra terrae incidens quandoque
obscuretur, ille interposita luna obscurari videatur, qui-
bus inopinato eventu deliquis redeuntibus fieret, ut
quos apud unum splendor non moveret, certe lunae defectus
expugnasset.

At proclivis hominum mens in extrema omnia modum
nequit. Perculit, et plus justo percudit mortale genus, infatigata
caelestium obscuratio. Incredibile dictu est, quanto terro-
re veteres, quanto etiam nunc barbara gentes luminarium
defectiones excipiant. Id non modo ostendi loco habere, sed
opinari quoque laborare caelestia, et summo in periculo
versari; praeterea rerum machinae timere, et, quod in-
signis dementiae erat, auri sono, tubarum clangore, cla-
moribus etiam infansque ululatu, quasi ad ferendam
opem accurrere. Ut mobiles sunt ad superstitionum per-
cussa semel mentes, invaserat opinio, Lunam Theophrasto
& Homero magicisque incantationibus e caelo deduci, cui
videlicet malo ~~esse~~ ingenti se strepitu auxiliati exi-
timabant, quo ~~causato~~ illa ad Venetia ^{rum} caverna ob-
scureretur. Quanta vero hinc verbis humani incommoda
privis temporibus emerissent, hystoriarum fide constat.
Cleombrotum, qui muniendo Aethiis praeserat, solari de-
liquis terrarum copiam redempte narrat Herodotus. Pi-
ciam Athenicassium duem Lunari ad Syracusas defec-
tione percultum se suisque hostibus interficiendos objicere

3

auctor est Thucydides. Quis Pelopida excidium Iseeram
quid seditionis militum, populique tumultus res novas mo-
lientium, quoties luna paucis quidem horis solis radios
interciperet, eademque interdum efficeret, quod tellus
ipsa, ~~non tu efficeret~~ nobis nihil demirantibus, nocte
Semper efficit. Rideat fortasse tu veterum Stoliditatem.
at hominis ingenium negis. Eodem et nos metu ad ejus-
modi portenta turbaremur, si eorum cause nondum fuissent
Mathematicorum labore comperta.

Quam vero diuturna seculorum observatione, quam
multis hypotheseum figmentis, quam audaci rationis con-
tentione atque molimine opus fuerit, ut homines ad defi-
niendos utriusque sideris congressus devenirent, ~~calumnias~~
in hereditatem posteris relinquerent, longioris sermone
res est. Ceterum ^{ut res}, quae vel Deus improba existimaba-
tur, experimentis fuit non paucis confirmata. Quod populo
persuasum tandem est, nihil ex eclipticis defectioibus
ominosum portendi, quae hominum calculo subijceren-
tur. Sed ut ignarum vulgus est prodigiorum amorem, illud
rursus non minori ostento habitum est, mentem humanam
eo procepsisse, ut caelestium deliquia praevideret, quae,
quanta, quando futura essent. Hinc maiorum gentium
Astronomos mirari, tanquam naturae consilioverum partici-
pes, caeli interpretes, supra mortalium conditionum sapi-
entes; deinde sperare, haec praecipientibus nihil futuro-
rum non fore manifestum. Vana autem fides Genethli-
cis circulatoribus ansam dedit, ut sub Astronomia specie
populo diu multumque imponerent; quod non exiguum
rei litterariae malum invenit, cum utique fuerit in causa
cur medio aeo Mathematici cum Veneficis et Magicis

per imprudentiam adeo confunderentur, ut neque Silvester
II Pontifex Maximus Mathematicis artibus insignis prestigi-
atoris notam vitare potuerit.

Sed frustra obganniente ignorantissima etatis iudicio
illud verbum humani perutile contigit, ut eclipticum calculum
mente subduceret in celum, et quadam divinandi aviditate
traheret ad ea persequenda, quae maximo usui futura
essent. Nam ea primum mente susceptus observandi labor,
Reliquae etiam artes, quae opem afferrent, Arithmetica, Geo-
metria, Trigonometria, Optica, Gnomonica, Organica,
diligentius excoltae. Quibus certe subsidiis praecurrentibus,
ipsa Luminarium deliquia uterrimam, utilissimarum cogni-
tionum segetem protulerunt, ut nihil aliud mihi videatur
evidentius ostendere mundum summa ratione conditum, quam
praecleara illa verum humanorum comoda, quae vel ex ipsis
eclipticum umbram proficiuntur. Ipsa enim eclipticum
ratio Astronomiae fundamenta posuit; ipsa maris vias
homines docuit; ipsa terras, quas natura oceano disocia-
bili semovit, frequenti nationum commercio inter se coniunxit;
ipsa Geographicae leges dedit, situs locorum monstravit, tellu-
ris ambitum figuramque descripsit. Mirabile quidem,
sed tamen verissimum, homines haec quae pedibus subjecta
terrestria scire non potuisse, quin illa prorsus longe disti-
ta caelestia didicissent.

Sane vero Chronologia, testis illa temporum vinculum
que saeculorum et historiae lumen, non aliunde quam ex
eclipticum tenebris in lucem prodidit. Quis in tanta Epocha-
rum, annorum, mensiumque varietate atque caligine, quibus
Historia vetus offuscatur, futurum speraret, ut luxati
temporum artus certa ratione componerentur? At cum
historicorum plerique summa solique deliquia prodigionum

loco adnotaverint, ignari quem apud posteros usum habitura, instituta retrosum calculo, earum defectionum momenta definimus, proindeque legnorum successiones, rerum gestarum monumenta, annales sacros suis temporibus donamus. Annorum porro et mensium ratio, sine qua neque civilium rerum ordo, neque sacrorum solennia congrare possunt, a Luminarium cursu atque congressu omnino pendet. Et cum civilis temporum forma sacrorum de farris accommodet, apud omnes gentes invaluit, ut intercalandi jus penes sacerdotes esset, quos propterea dei celestis peritioris esse decebat. Sed rudiori Cyclorum opera, quam nec ipsam satis intelligebant, ducti temporum antistites annum apud Romanos, Cardinibus escaperunt, universamque temporum rationem eo confusione adduserunt, unde emergere amplius non licuisset, nisi Julius Imperator, cum maximus pontificem ageret, Ptolemei Mathematici usus, neque ipse artium ignarus, anni formam instauraret.

Ut autem mittam externa, Nicanorum Canones de celebratione Paschatis quid ignorat? Profecto, damnata Arianorum impietate, gravissima Patrum deliberatione consultum est de limitibus paschalibus adversus Quartadecimanam statuendis; computationis vero negotium Alexandrino presuli mandatum est, qui videlicet sedem haberet in ea civitate, que Astronomie studio magis quam Conditore nomine gloriabatur. Sed collapso injuria temporum Calendario, lustratis que anni cardinibus, Cursus in Basiliensi Constantiensique Synodo de illius reparatione, irritum tamen labore, disputatum est. Deinde Romani Pontifices Astronomorum judicium esquivendum consueverunt, quos inter Cardinales Nicolauus Cusanus, Petrus Illiacensis, Presbiterion Nicanus, Nicolaus Schombergerus, Lucas etiam Gauricus Civita-

tunsi Episcopum non vulgari ytrovi Iustina commendabatur. Ceterum cum per id tempus Regionem in hęc studij primam teneret, cum Sixtus IV. Roman archieps, adjecta etiam Episcopatus Patrimonij promissione. Sed p̄matura hominis mori, tam infestam reliquit, quam rempo perficere ausus est, nisi seculo integro exacto, cuon Solius Giraldy Ingeniosum tractatum Cyclum invenit, etiam que emendand: Calendaris aperuit, non illam quidem Rationibus ytronomij omnino consonam, sed Veterum Cycli multo perfectiorem, ipsi que daty accomodam, quam Gregorius XIII Ecclesie tanti instaurandij adhibuit. Ita sane Religionis negotium cum Lectione temporum, tenet cum Celi Doctrina conjunctum est.

Quid vero, inquit, ita tecum tuus Porculus? parvam videlicet, si magis etiam, fortasse nihil. Sed ea tamen prelibare oportuit, ut ne traham quorundam administrationi qui Gothice Arabiceque Locij Reliquias sapient, et cuius bono sint hæc studia videre de negant. Ad rem ipsam Venio.

Cogitanti mihi, quantum subditi ad calculi Lectione conferant Algebraicę formula, illud in mentem venit, a p̄māporetium factorem, qui eclipsium computationem ad Canonum litterales advocaret. Vulgares enim computationi Regula tum memoria facit libenter, tum animi attentionem non mediterem exigunt.

Handwritten notes in a smaller, cursive hand, including the name 'Giraldus' and other illegible text.